Successoribus suis ad instantiam prefatus Christopheri Wyllanowski fuit
eius Successorum Citatus ex tunc recedens ab omni proprio foro et competens in
Officio Castrensi Praemisliensi cum se Successores ac bona sua omnia ultro incor-
porat, semper in primo Citationis termino peremptorie Comparituros, respon-
surus omnemque sententiam in eo passu prolatam libere passurus ac illud in-
instanti vadium pro quo Citatus fuit soluturus prestitaque solutione vadii predicti
Inscriptionem et omnibus eius contentis tocius quoque opus fuit satisfacturus Tenorem
ipsum primum et contentum Inscriptionis prefatis Citationis ac processus ex ea
emanatis nullis excogitatis colloribus nec adinventis modis sive cautellis que-
tam ex iure scripto vel ex consuetudinibus vim legum scriptarum in se com-
plectentibus utentium moribus comprobatis in auxilium et subsidium cum recipi
poterint non subterfugiem neque evadendi quippe omnibus his et aliis reme-
diis, Motionibus appellationibus Evasionibus palvis tertrium Marcarum Dil-
lationibus ac quietationibus legalibus quibusvis impedientis Constitutionibus lau-
datis et laudandis aliisque omnibus iuris beneficiis sanatis et sanientibus renun-
ciando et abdicando Quod mediante firmatum est.

Lowcziczki quietat Succamerarium Praemisliensem

Coram Officio Actisque presentibus Castrensibus Capitulis Praemisliensibus per-
sonaliter stans Nobilis Conradus Lowczicki a Pallatinatibus Terrae Di-
strictibus iuribusque suis quibusvis propriis ac foro competentibus recedens Iuris
vero prefati Castrensis Praemisliensis iurisdictioni se cum Successoribus quo ad iure
actum attinet incorporans et subiiciens sanus mens et corpore existens
pure palam ac per expressum recognovit Quia a Generoso Paulo Ko-
rytzko Succamerario Terrae Praemisliensis Summam Centum florenorum
pecunie monete Poloniae Idque ad rationem Summae Quingentorum florenorum pe-
cunialium per eundem Succamerarium eidem Lowczicki Coram Iudicio et Act-
Terrestribus Praemisliensibus solvi pro die et festo Conversionis Sancti Pauli apostoli

proxime venturum inscriptum ac in bonis suis assecuratum recepit et manu-
liter levavit receptamque ad se tulit ratione cuius perceptionis Summae
prefatae Centum florenorum pecunie eundem Succamerarium quietat liberumque
cum eius Successoribus mittit perpetuis temporibus Inscriptionemque quo ad
perceptam Summam spectat et concernit cum omnibus conditionibus cas-
sat mortificat annullat obliterat perpetue et in aevum Quantum vero
ad residuitatem Summae Quadringentorum florenorum pecunie concernit In-
scriptionem prefatam cum omnibus eiusdem Conditionibus sibi et Successoribus
suis salvam in robore et vigore reservans Quod mediante firmatum est.

Mielieczki tenetur Krasiczki

Comparens personaliter Coram Officio Actisque prefatis Castrensibus Praemisliensibus
Generosus Hyeronimus Mielieczki a Mielecz Capitaneus Brzesciensis filius
olim Magnifici Sebastiani a Mielecz Castellani Cracoviensis, a Pallatina-
tibus Terrae Districtibus iuribusque suis quibusvis propriis ac foro competen-
tibus recedens Iuris vero prefati iurisdictioni se cum Successoribus subiiciens
et incorporans sanus mens et corpore existens pure palam recognovit
Quia Generoso Martino Krasiczki et eius Successoribus Summam Se-
pingentorum florenorum pecunie monete et mere Polonicalis tenetur et est de-
bitus Iuris pro die et festo Purificationis gloriose Virginis Mariae in Ca-
stro Praemisliensi circa acta prefata totaliter et plenarie dare solvere
reponere non ex fidelibus aut quovismodo arestare In defectu vero solutionis
Summae eiusdem pro tempore assignatae Ex tunc dicti ac tenebris eidem Krasiczki
et eius Successoribus dare et libere admittere realem nitrorum cum possessione per Mi-
nistrum Terrestrem quemcumque in bona sua Iuris villam Wielborzyce et pre-
dium ibidem sitis quorum bonorum Generosa Barbara de Orzechowice Con-
sors relicta olim Generosi Jacobi Krasiczki de Siczyn mater eius
vigore Inscriptionis obligatorii et adiutalitialis utifruitur, non nocen-
tibus ipsius obligatorio et Adiutalitio in vim perpetui et in qua